

Faxit D. O. M. vt eam recipiatis ad ipsius gloriam primò: demum ad Reipublicæ maximam vtilitatem, & conscientiaë vestraë saluationem. Esto.

THEORICAE CHYMISTICI
artificij Naturæ Tractatus I.

De vita rerum naturalium,

Cap. I.

Nihil est in rerum natura, quod vita sua destituatur. Nam omne, quod generatur, à vita mundi produci-
tur in esse quod est. Ergo viuunt omnia suo modo, manifesto scilicet, vel occulto. Non potest enim aliquid aliud perfectè generare, nisi quod sibi simile fuerit, vtpote viuens & animam habens ac vitam. Aliud enim est vita, aliud est anima. Licet alterum sine altero non existat, nihilo minùs vita motum excitat in animam viuentem. Est itaq; vita cõmuniter, ignis in humido suo radicali motum naturaliter excitans: vel per temperiem, & sana vita
nuncu